Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Heinrich, von Langenstein: Super prologum bibliae – Nürnberg, STN, Cent. IV, 5
Ersteller:	von Langenstein Heinrich
Signatur:	Cent. IV, 5

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

talem doctrinam. Item populus
christianus est perfectissimus po
pulus et confirmati specialis
omni virtute morali et spi
rituali igitur etc. in ipsum occurrere de
bebat quid est specialis et
specialis perfectionis in omni alio
populo. Cuius signa sunt secundum Augustinum
et alios doctores sanctos quod
filii Israel exituri de Egypto
spoliaverunt Egyptios auro
et argento et secum tulerunt
continentes in vasis suis multe
alie figure adhuc in scriptura
sacra reperiuntur de quibus aliquas
tetigi igitur nunc supersedeo. Secunda pars
conclusionis patet ex tertia conclu
sione premissa et persuadetur aliter
quia intellectus humanus per
lumen vel lumine fidei quod quis
christianus recipit in baptismo
multum vigoratur et elevatur
in cognoscendo et intelligendo
et certis pluribus sicut ergo liber
christianus profundius intelliget
et subtilius veritatem investi
gabit. Et ideo dixit ysa(ias) nisi
credideritis non intelligetis. Se
cunda quia fides ponit intellectum
humanum rectam viam inquisi
tionis veritatis et removet erro
res quos in investigatione
veritatis ante fidem contraxit
et dat materiam et occasionem
considerandi et perscrutandi circa ea
de quibus nunquam cogitatum
fuisset nisi revelatio et via fidei
mortalibus supervenisset. Patet
ergo quod pluribus modis occasione
fidei christiane scientie humane
clarificate sunt et augmentate
nec oportet multum hic insistere
quia experientia satis docet quod in
studia theologia disputata
christianorum omnes scientie profunditate
et acute sunt in tantum ut si
quis sit Aristoteles et alii excellentissimi
philosophi resurgerent mirarentur
de augmento scientiarum tempore christianorum
facto ultra ea rudimenta que
ipsi excogitaverunt et in scriptis
reliquerunt. Item quantum cre
verunt scientie super antiquas in ve
ritates clarius perpendi potest in
subtiliatione artium mechanicarum
super mechanicas antiquas pin
gendi sculpendi fabricandi
et si opera antiquorum artificum
et modernorum ad invicem conpe
rantur hoc manifeste apparet. Sexta conclu
sio plures ante adventum Christi inquisi
tio veritatis secundum communem et naturalem
cursum attigerat quantum ad summum
et maximum in quo potuit non
tamen semper humana cognitio tunc
pervenit ad suum medium. Pa
tet patet quia secundum doctores
quod una causa quare adventus
Christi tantum tardavit fuit ut homo
experiret quantum posset in suis
viribus ut post ea cognosceret
quantum deus sibi super addet et

nota rudimenta antiquorum